

V T A-

DORA-
RET ET
SACRI-
FICARET,
&c.

care tamen sine adoratione nemo vnquam potest. Nam & ipsum sacrificium natura sua atque institutione adorationis species est, & quidem nobilissima; qua Deo, vt summo rerum principio atque fini, ille, qui solus dignus est, siue figurā, siue re, siue mente Christus offertur, & semper oblatum est.

Priscianus.
Nonius.
Adorare vnde dictum.

Porro adorare ab ador, hoc est frumento sacrificiis destinato, Priscianus deriuat. In eadem sententia est & Nonius, cuius hæc sunt verba: Ador frumenti genus, quod epulis & imolationibus sacris pium putabatur: vnde & adorare, propitiare religiones, potest ductum videri. Ador autem, Edor quōdam appellatum & Edur (vt vult Scaliger.) Festus tradit ab e-

Scaliger.
Festus.

dendo, vel quod aduratur, vt fiat tostum, vnde in sacrificio mola fassa efficitur. Sed & adorare agere dicebant veteres, vt idem author est. Sacrificium autem dictum, quasi sacrum factum horum verborum etymologias, non Grammaticas, sed Theologicas: sic enim fiet, vt tota hæc quæstio clarius elucescat, & nos deinceps simili labore exoneremus.

Sacrificij etymol.
S. Ildorus.

S. Ildorus refert: quia prece mystica consecratur, in memoria pro nobis Dominica Passionis. Vnde hoc eo iubente corpus Christi & sanguinem dicimus, quod dum sit ex fructibus terræ, sanctificatur, & sit sacramentum, operante inuisibiliter Spiritu Dei. Verum paulò fufius vtrūque explicemus, & inuestigemus horum verborum etymologias, non Grammaticas, sed Theologicas: sic enim fiet, vt tota hæc quæstio clarius elucescat, & nos deinceps simili labore exoneremus.

De adoratione summi Dei, & quam vario genere distingui possit.

S. Ioan.
Damaſc.

IGITUR quod ad adorationem spectat, authorum habeo sanctum Ioannem Damaſc. oratione 3, de Imaginibus, qui mihi prorsus satisfaciatur. De sacrificio, quoniam non facile reperi qui situm meam exleret, afferam quæ Deus dederit: nam & nobis quoque dictum est, opinor, *vnusquisque in suo sensu abundet*, ea tamen lege vt ab errore caueamus. Tuum erit, ô bone vir, quæ probaueris, constanter retinere, nisi quis alius maiorem lucem afferat. Sic igitur S. Damaſc. Francisco Zino interprete. Adoratio est animi cedentis, id est, summissi

Adorationis explicatio.
Primum a adorationis genus.

atque humilis significatio. Adorationis autem genera sunt complura. Primum enim genus est, quod per latrām, quam soli Deo naturā adorando tribuimus, exhibetur, idque variis modis. Nam vel seruitutis gratia fit: adorant enim Deum omnes res procreate, vt Dominum serui, *Quoniam*, inquit, *omnia seruiunt tibi*? Partim quidem volentes, partim inuiti. Etenim alij Deum cognoscunt, & adorant eum libenter, vt homines pij: alij cognoscunt, & contra voluntatem adorant illum inuiti, vt Dæmones: quidam etiam eum, qui naturā Deus est, ignorant, adorant inuiti quem ignorant. Secundum adorationis genus est, quod admiratione, desiderioque compulsi præstamus. Atque hoc modo quidem Deum propter naturalem ipsius gloriam adoramus. Solus enim gloriosus est, non quod ab villo gloriam acceperit, sed quo-

niam ipse fons & causa est totius gloriae, atque omnis boni, lux incomprehensa, incredibilis dulcedo, immensa pulchritudo, bonitatis abyssus, imperuestigabilis sapientia, virtus omni virtute præstantior, solus per se dignus, quem omnia admirantur, adorent, collaudent, concupiscant. Tertium adorationis est genus, cuius pro beneficiis in nos collatis gratias agimus. Res enim vniuersæ Deo gratias debent agere, & perpetuam illi adorationem tribuere, quoniam à Deo habent, vt sint, in ipsoque consistunt, & omnibus etiam non postulantibus abundè munera sua dilargitur. Omnes præterea vult saluos fieri, siueque benignitatis esse participes, & nos peccantes patienti animo expectat, vt respiciamus, & solem suum ortiri facit super iustos & iniustos, & pluit super malos & bonos. Denique quia Filius Dei propter nos factus est, quales nos sumus, nolque diuine nature participes fecit, quoniam similes ei erimus, vt Ioannes ille Theologus ait in Epistola Catholica. Quartum est adorationis genus, 4. quo ob inopiam, & spem bonorum vitium, ex quo nos sine ipso nihil facere, nihil boni habere posse cognoscimus. Quapropter adoramus eum, postulantes ea singuli, quibus indigemus, & quæ cupimus, vt à malis liberemur, & bona consequamur. quintum adorationis genus agimus, cum respiciamus & peccata confitemur. Peccatis enim admisis Deum adoramus, nõsque supplices ante illum prosternimus, tanquam boni gratique serui veniam poscentes, & nobis vt ignoscatur, obsecrantes. Atque hoc quidem genus est triparticum. Aut enim charitate adductus aliquis dolet, merorèque afficitur: aut metuens, ne à Dei muneribus excludatur: aut supplicia reformidans. Primum est animi grati, Dei que desiderio flagrantis, alterum mercenarij, tertium seruilis iudicium. Hæc ille de adoratione qua Deum colimus. quoniam autem & hominibus nonnullam adorationem exhibemus, & hanc quoque Vermilius attigit, eandem similiter exponemus, si modo prius non nihil de sacrificio dixerimus.

Tribus de causis homo respicit.

Vermilius.

De sacrificio, & an sint preces illo potiores.

OMNIS hæc de sacrificio quæstio sola definitione absolui poterat, si numeris suis absolutam illam haberemus. Nam si quid sit sacrificium, & quam vim potestatemque habeat, intelligeremus, quo loco item statuerem dum esset nullo negotio statueremus. Verum non vniusmodi vt arbitror est sacrificium. Preces atque preces sacrificiis censet Vermilius ego precibus sacrificium. Nec immeritò, mea quidem sententia. Tameñ enim, cum sacrificij naturam spectas, preces videri possint sacrificiis nobiliores: attamen cum de sacrificiis antiquæ legis agitur, preces sacrificiis cedant necesse est. Erant enim illa sacrificia velut antitypa Christi immolandi: cum quo si hominum merita precesque conferas, nulla erunt. At si

Preces quomodo esse dicuntur negari non possunt sacrificiis potiores.